

Examen VWO

Latijn

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 93

Tijdvak 2
Dinsdag 22 juni
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

1 — 1 Sed a Caesare perfecto demum scelere magnitudo eius intellecta est. Reliquo noctis
— 2 modo per silentium defixus, saepius pavore exurgens et mentis inops lucem
— 3 opperiebatur tamquam exitium adlaturam. Atque eum auctore Burro prima centurionum
— 4 tribunorumque adlatio ad spem firmavit, prensantium manum gratantiumque quod
— 5 discrimen improvisum et matris facinus evasisset. Amici dehinc adire templa et coepto
— 6 exemplo proxima Campaniae municipia victimis et legationibus laetitiam testari: ipse
— 7 diversa simulatione maestus et quasi incolumitati suae infensus ac morti parentis
— 8 inlacrimans.

2 — 9 Quia tamen non, ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obversabaturque
— 10 maris illius et litorum gravis aspectus (et erant qui crederent sonitum tubae collibus
— 11 circum editis planctusque tumulo matris audiri), Neapolim concessit litterasque ad
— 12 senatum misit quarum summa erat repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis
— 13 Agrippinae libertis, et luisse eam poenas conscientia quasi scelus paravisset. Adiciebat
— 14 crimina longius repetita, quod consortium imperii iuraturasque in feminae verba
— 15 praetorias cohortes idemque dedecus senatus et populi speravisset, ac postquam frustra
— 16 habita sit, infensa militi patribusque et plebi dissuasisset donativum et congiarium
— 17 periculaque viris inlustribus struxisset. Quanto suo labore perpetratum ne inrumperet
— 18 curiam, ne gentibus externis responsa daret.

3 — 19 Temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione cuncta eius dominationis
— 20 flagitia in matrem transtulit, publica fortuna extinctam referens. Namque et naufragium
— 21 narrabat: quod fortuitum fuisse quis adeo hebes inveniretur ut crederet? aut a muliere
— 22 naufraga missum cum telo unum qui cohortes et classes imperatoris perfringeret? Ergo
— 23 non iam Nero, cuius immanitas omnium questus antibat, sed Seneca adverso rumore erat
— 24 quod oratione tali confessionem scripsisset.

4 — 25 Miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia
— 26 pulvinaria, utque Quinquatrus quibus apertae insidiae essent ludis annuis celebrarentur;
— 27 aureum Minervae simulacrum in curia et iuxta principis imago statuerentur; dies natalis
— 28 Agrippinae inter nefastos esset. Thrasea Paetus silentio vel brevi adsensu priores
— 29 adulationes transmitters solitus exiit tum senatu ac sibi causam periculi fecit, ceteris
— 30 libertatis initium non praebuit.

5 — 31 Prodigia quoque crebra et inrita intercessere: anguem enixa mulier et alia in
— 32 concubitu mariti fulmine exanimata; iam sol repente obscuratus et tactae de caelo
— 33 quattuordecim urbis regiones. Quae adeo sine cura deum eveniebant ut multos post
— 34 annos Nero imperium et scelera continuaverit.

Tacitus, Annales 14, 10-12

Tekst 2

In een brief aan Titinius Capito, ex-secretaris van keizer Domitianus, schrijft Plinius dat hij overweegt zich met historiografie bezig te houden. Met het oog daarop vraagt hij hem om advies:

— 1 Denk er eens over na welke periode ik het best kan behandelen. Het wat verdere
— 2 verleden, waarover anderen al hebben geschreven? Recente gebeurtenissen, die nog
— 3 door niemand zijn beschreven?

Plinius, Epistulae 5, 8, 12

Tekst 3

De Joodse historiograaf Flavius Josephus werd geboren in 37 na Chr. en overleed ca. 100. Hij schreef een werk over de Joodse geschiedenis. Uit de proloog van dit werk is de onderstaande passage afkomstig:

1 Ik constateer dat zij die geschiedwerken schrijven dat niet allemaal om dezelfde
2 reden doen, maar op grond van verschillende motieven. Sommigen houden zich ermee
3 bezig om hun literair talent te demonstreren en daardoor beroemd te worden, anderen
4 om de mensen over wie ze schrijven te plezieren, zelfs als dat hun vermogens te boven
5 gaat. Weer anderen worden door de indruk die recente gebeurtenissen op hen gemaakt
6 hebben ertoe aangezet deze op schrift te stellen. Ook worden velen door het feit dat
7 gebeurtenissen van algemeen belang soms onbekend blijven, ertoe gebracht deze aan het
8 licht te brengen tot nut van iedereen. Van de genoemde motieven zijn de laatste twee op
9 mij van toepassing. Want als deelnemer aan de oorlog die wij Joden tegen de Romeinen
10 voerden, voel ik mij genoodzaakt deze oorlog grondig te beschrijven teneinde de
11 beweringen van hén te weerleggen, die in hun geschriften de waarheid geweld aandeden.

Flavius Josephus, Joodse Oudheden 1, 1-4

Tekst 4

De volgende woorden houden kritiek in op de Stoïcijnen, hardnekkige tegenstanders van het keizerlijke regime:

1 Zij die steeds weer bewondering hebben voor verboden praktijken, dienen te
2 bedenken dat er ook onder slechte keizers grote mannen kunnen leven, en dat
3 gehoorzaamheid en zelfbeheersing, als ze maar vergezeld gaan van ijver en energie, even
4 prijzenswaardig zijn als het gedrag van de velen die na een leven vol risico's - maar
5 zonder enig nut voor de staat - beroemd zijn geworden door een op effect berekende
6 wijze van sterven.

Tacitus, Agricola 42, 4

Tekst 5

Nadat de samenzwering van Piso aan het licht was gekomen, werd een groot aantal medeplichtigen aangegeven door verklikkers.

1 — 1 Daarna werd op aanwijzing van dezelfde personen de hoge officier Subrius Flavius ten
2 — 2 val gebracht. Ter verdediging wees hij eerst op het verschil in karakter tussen hemzelf en de
3 — 3 mensen rond Piso en merkte op dat hij zich nooit als militair zou hebben aangesloten bij
4 — 4 verwijfde niet-militairen om zo'n grote misdaad te bedrijven. Later, toen men hem onder druk
5 — 5 zette, greep hij met beide handen de gelegenheid aan roem te verwerven door een bekentenis.

2 — 6 Nero vroeg hem waarom hij zich niet had gehouden aan de krijgseed. Daarop nam
7 — 7 Subrius Flavius het woord.

3 — 8 „Oderam te” inquit „nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti.
9 — 9 Odisse coepi, postquam parricida matris et uxoris, auriga et histrio et incendiarius
10 — 10 exstitisti.”

4 — 11 Ipsa rettuli verba, quia non, ut Senecae, vulgata erant, nec minus nosci decebat
12 — 12 militaris viri sensus incomptos et validos.

5 — 13 Nihil in illa coniuratione gravius auribus Neronis accidisse constat, qui, ut
14 — 14 faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quae faceret insolens erat.

6 — 15 Poena Flavi Veiano Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi
16 — 16 iussit; quam Flavius ut humilem et angustam increpans, circumstantibus militibus „Ne
17 — 17 hoc quidem” inquit „ex disciplina.” Admonitusque fortiter protendere cervicem
18 — 18 „Utinam” ait „tu tam fortiter ferias!”

Tacitus, Annales 15, 67

Aantekeningen

- regel 10 **exsistere** zich ontpoppen als
regel 12 **sensus Pluralis** gedachten
regel 14 **audiendi** Verbinden met insolens.
regel 15 **scrobis -is Femininum** kuil
regel 16 **humilis** ondiep
regel 17 **ex disciplina** overeenkomstig de voorschriften

Einde